Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 443

Quelle:
Copyright:

ni. Transfixio. Tumulacio domini. Spoliacio inferni. Reſurrectio domini. Viſitacio ſepulchri. Apparicio Marie Magd. Apparicio poſt reſurrectionem. Oſtenſio vulnerum. Aſcenſio domini. Miſſio ſancti ſpiritus. Mors B. V. Nemo typographicae antiquitatis paullo peritior non videt Iconiſmos hos noſtros προσδόκιμους fuiſſe xylographici illius Tentaminis, quod vulgo *Biblia Pauperum* audit, cujusque Specimina quinque diverſa in Bibliothecis adſervari teſtatur Cl. *Heinecke Idée generale d'une Collection compl. d'Eſtampes. Lipſ.* 1771. p. 306. 8. Quin comparatis illis cum exemplari *Bibliorum Paup.* quod Caeſarea condit Bibliotheca, patuit, Inſcriptionum nullam eſſe differentiam, ſolumque Xylographum in efformandis figuris a Pictore noſtro ſaepe ſaepius abire. Patuit praeterea, Iconiſmos e Codice noſtro quosdam deperiiſſe. Cenſemus enim non niſi XXXIV. cum ad completum *Bibliorum Paup.* exemplar XXXX. requirat laudatus *Heineckius.* Itaque nobis deſunt, ut ille gallice effert: *Le Chriſt va au jardin des olives. La priſe de Jeſus au jardin. Le dernier jugement. L'Enfer. La Beatitude. Les recompenſes des élus.*

CLIX. VI B. f

54 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 370. f. charactere unciali, craſſo, ad Pſalterii Fauſtiani MCCCCLVII. formas accedente exaratus et rubricis probe diſtinctus continet *Poſtilla* ſive *Expoſitiones Evangeliorum*, ita, ut poſitis latine primis ſacri Textus verbis ſequatur eorum interpretatio, tum in ea fuſius diſſeratur, adductis etiam in confirmationem aliis Scripturae locis, et PP. effatis. Damus initium. *In principio erat uerbum. et uerbum erat apud deum. &c. daz ſpricbet alſo. In dem anegeng waz daz wart. vnd daz wort waz bey got* &c. Initium gloſſae: *Di andrn euangeliſten ſchreibent. Daz vnſer herre geporn ſei in der Zeit diſer welt. daz iſt nach der menſchcyt.* &c. Narrationes de Natali Servatoris, fuga in Aegyptum et vita in Nazareth multis piis fabellis ſcatent depromtis ex *Evangelio Infantiae Chriſti*, cujus ſpecimen ex Graeco *J. B. Cotelerius*, ex Arabico *Henr. Sikius* dedit, et repraeſentavit *J. Alb. Fabricius in Cod. Apocr.* N. T. p. 127. collato inſuper ex *Lambec.* L. VII. p. 270. fragmento Bibl. Caeſ. Graeco, quod tamen nunc evanuiſſe legimus in *edit. Kollar. ejus Libri col.* 579. n. B. Specimen ſit ex *fol.* 88. ſequens narratiuncula: *Eins andern tags ging daz chint iheſus mit einen chrug nach waſſer vnd wolt ſeiner mutter waſſer pringen alz ander chint taten. do zeprach er den chrug. Do ſprachen di andern chint. Iheſus wie wil du nu tun. do nam er dez waſſers in ſeinen gern* (veſtis anterior plicata, ſinus) *vnd trueg es ſeiner mutter beym. das nie chain zaher* (gutta) *her auz cham. Nu wolten di andern*